

circa Gabellarios, Telonarios, et similes Officiales, qui inscio principe propria auctoritate certas expansiones sibi exigunt, et in consuetudinem deducunt, nunquam, aut difficulter abrogandam. Quamvis enim aliquando excusari videantur ob justam causam, vel compensationis ob defectum stipendii, vel extraordinarii laboris, et molestiæ, vel quod homines benevolentia, vel gratitudine ultro liberaliter donare videantur, omnia tamen periculosa, et caute trutinanda a Confessario; (37. hæc Sporer. Gabella carnis noviter imposita non est solvenda a Clericis; eadem Sac. Congr. Immun. in Asculana, 30 Maii 1628, lib. 1 Decr. Pauli, pag. 94.

(38. Gabella vini, vulgo *della Foglietta*, non est solvenda vendentibus vinum in Civitate Lauretana, nisi venditores sint caupones, vel ut dicitur *diano da mangiare*, etc. Nec huic resolutioni obstat Const. Clement VIII, super extinctione recentiorum Viutium; ead. Sacra Congr. Immun. in Lauretana, 18 Julii 1629, lib. 1 Decr. Pauli, p. 143.

(39. Clerici et Ecclesiastici vendentes vinum recollectum in propriis bonis minutatim in suis domibus, non tenentur ad Gabellam vulgo dictam *della Foglietta*, et cognitio fraudum, quæ desuper fieri possunt, spectat ad Judicem Ecclesiasticum; ead. Sac. Congr. Immun. in Ravennaten., Spoletana, et aliis 25 Septemb. 1627, l. 1 Decret. Paul., pag. 67, Nolana, 26 Januarii 1644, lib. 3 Decret. Paul., pag. 218, Theatina, 15 Martii 1661, lib. Decret. Rocci, pag. 123, Faventina, 25 Januarii 1677, lib. 2 Decret. Altovit., pag. 1338.

(40. Sacra Congr. inhærendo decretis alias factis censuit personas Ecclesiasticas tam Sæculares, quam Regulares vendentes vinum minutatim in propriis locis, et domibus, recollectum in eorum bonis non teneri ad solutionem Gabellæ etiam vigore Constit. Sixti V, dummodo ibidem non dent, ut vulgo dicitur, *da mangiare, e non facciano Bettole*, a quibus debent abstinere ratione honestatis Clericalis; cognitionem autem fraudum, quæ desuper committi possunt, spectare ad Judicem Ecclesiasticum; ead. Sacra Congr. Immun. in Asculana 23 Jan. 1646, lib. 3 Decr. Pauli, p. 268.

(41. Ecclesiastici non tenentur ad solutionem Gabellæ dictæ *della Foglietta* pro vino vendito in propriis domibus minutatim, et recollecto in eorum bonis, cum Communitas nunquam appaltaverit dictam Gabellam juxta præscriptum Bullæ Sixti V, sed solum juxta quædam Capitula Communitatis; ead. Sac. Congr. Immun. in Auximana 2 April. 1680, lib. 2 Decr. Alt., pag. 1954.

(42. Item non tenentur ad Gabellam pro vino minutatim vendito, et pignus desuper factum est iis restituendum; eadem Sac. Congr. Immun. in Callien. 1 April. 1704, lib. 3 Decr. Vallemani, pag. 568.

(43. An Ecclesiastici vendentes vinum minutatim possint permittere, ut ementes bibant vinum emptum, dum degunt in eorum Cellis Vinariis, seu Anditis, et ibi man-

ducent res comestibiles per ipsos emptores secum latas? Sac. Congr. respondit: Serventur litteræ Sac. Cong. Sublevaminis sub die 4 Junii 1656, in Tudertina, quibus hoc cavetur, et dicitur esse facere (ut vulgo aiunt) Betulam; ead. Sac. Congr. Immun. in Faventina 5 Martii 1697, lib. 2 Decret. Vallem., p. 78, in Tolentina 15 Aprilis 1699, ibi p. 215, in Firmana 19 Augusti 1704, lib. 3. Decret. Vallem., p. 605. (44. Quare Ecclesiastici, vel se abstineant a venditione Vini minutatim cum permissione ementibus manducandi, vel solvant Gabellam dictam *della Foglietta*; eadem Sac. Congr. Immun. in Camerien. 4. Decembris 1680, lib. 2 Decret. Altov., pag. 2105.

(45. Vinum Ecclesiasticorum non potest vendi in caupona sine solutione Gabellæ dictæ *della Foglietta*; ead. Sac. Congr. Immun. in Senogalien. 12 Julii 1678, lib. 2 Decr. Altov., pag. 1612.

(46. Pro vino recollecto in propriis bonis, quod Canonici Lateranenses faciunt vendere in domo per eos conducta, solvi non debet Gabella dicta *della Foglietta*, si ibi non vendantur comestibilia ad edendum; ead. Sacra Congr. Immun. in Ravennaten. 1 Decembr. 1738, lib. 3 Decr. Paul., p. 81.

(47. Vinum, quod ab Ecclesiasticis traditur ad vendendum, assignata certa mercede ei, qui curam habet vendendi, debet esse omnino exemptum a quacunque Gabella pro vino imposita; ead. S. Cong. Immun. in Ulixipon. 1 Decemb. 1638, lib. 3 Decr. Paul., pag. 82.

(48. Canonici non tenentur ad Gabellam pro eo quod minutatim vendant vinum absque comestibilibus; eadem Sac. Congr. Immun. in Lauretana 27 Julii 1654, lib. 2 Decr. Paul., p. 193.

(49. Personæ Ecclesiasticæ sive vendentes, sive ementes vinum minutatim non comprehenduntur sub Gabella imposita vendentibus et ementibus vinum; ead. Sac. Congr. Immun. in Nolana 12 Julii 1649, lib. 4 Decr. Paul., pag. 113. (50. Gaudere debent exemptione a Gabella vini, tam personæ Ecclesiasticæ vendentes, quam ementes ab illis; ead. Sac. Congr. Immun. in Taurinen. 11 Sept. 1634, lib. 2 Decret. Paul., pag. 202. Conversana 14 Junii 1653, lib. 3 Decr. Paul., pag. 5.

(51. Taxatio quoque exemptionis, seu Franchitiæ super oneribus vini, et molituræ singulis Ecclesiasticis assignandæ, non spectat ad Judices Laicos, nec cognitio controversiarum, quæ illorum occasione oriri possunt, sed ad Judicem Ecclesiasticum: prævio tamen beneplacito Apostolico; taxatio insuper vini et frumenti non est facienda pro singulis tantum Ecclesiasticis; sed etiam pro omnibus qui vivunt expensis Ecclesiasticorum; ead. Sac. Congr. Immun. in eadem Taurinen.

(52. Rata, seu portio vini spectans ad Ecclesiasticos est duntaxat exempta ab oneribus, cognitio vero super hujusmodi portione spectat ad Judicem Ecclesiasticum. Ad obviandas fraudes committendas ab Ecclesia-

sticis, quarum cognitio spectat ad Judicem Ecclesiasticum, pro opportuna provisione prohibere potest Ecclesiasticis, ne recipiant in propriis Cellis vinariis vinum laicorum nec proprium vinum reponant in Cellis vinariis laicorum; eadem Sac. Congr. Immun. in eadem Taurinen. (53. Vina recollecta in Feudis Ecclesiasticis excipiuntur ab oneribus; in eadem Taurinen.

(54. Personæ Ecclesiasticæ gaudent exemptione a Gabella vini dummodo non adsit fraus; eadem Sac. Congr. Immun. in Januen. 9 Aprilis 1647, lib. 4 Decret. Paul., pag. 10.

(55. Bannimenta laicalia super venditione vini non possunt comprehendere Ecclesiasticos; eadem Sacra Congr. Immun. in Layman 30 Jun. 1632, lib. 2 Decret. Paul., p. 130.

(56. Absque solutione ullius Gabellæ Episcopus potest vendere vinum propriæ mensæ, dummodo nihil indecens intercedat; eadem. Sac. Congr. Immun. in Asculana 5 Apr. 1672, lib. 1 Dec. Altov., p. 677.

(57. Episcopus tueatur jura Ecclesiasticorum vendendi vinum minutatim recollectum in eorum bonis, vel in propriis domibus, vel in apothecis in civitate ad hunc effectum electis, et per laicos ad hunc effectum deputatos contra Edictum Gabellariorum prohibens cuicumque recipere vinum ad effectum vendendi sine eorum licentia; ead. Sac. Congr. Immun. in Callien. 14 April. 1693, lib. 1 Dec. Vallem., pag. 17.

(58. Ecclesiasticus Faventinus, introducens Ravennam proprium vinum, partim per aquam, partim per viam terræ, tenetur tantum ad Gabellam vini introducti per aquam; eadem Sac. Congr. Immun. in Faventina 20 Novemb. 1685, lib. 3 Decret. Altov., pag. 509.

(59. Ecclesiastici medio eorum juramento assignent quantitatem vini recollecti per ipsos in propriis bonis; et deinde consignent attestationem mulioni de vino, quod extrahetur, ad evitandas fraudes; ead. Sac. Congr. Immun. in Faventina 4 Maii 1688, lib. Decr. Martel., pag. 282.

(60. Denegatur facultas petita, quod Ecclesiastici teneantur consignare notam vini deputato Civitatis ad effectum illud appetiendi, etiamsi adsint conditiones, quod pretium debeat esse justum, et Ecclesiastici non teneantur solvere Gabellam, et etiamsi una cum Ordinario consenserint; ead. Sac. Congr. Immun. in Salernitana 26 Febr. 1636, lib. 2 Decret. Paul., pag. 245.

(61. Quoad exemptionem a Gabella vini, ut dicitur *a minuto*, dantur D. Nuncio Litteræ ad instar earum quæ data fuerunt Episcopo Lucano sub die 26 Novembris 1655, quibus ei injungebatur, ut prohiberet Regularibus suæ jurisdictionis, ne venderent comestibilia, sive cruda sæcularibus quovis prætextu, sub penis sibi benevenis; ead. Sac. Congr. Immun. in Neapolitana 12 Martii 1695, lib. 1 Decret. Vallem., p. 177.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(62. De Gabella sine beneplacito apostolico

lico imposita venditoribus laicis super rebus ad victum necessariis, puta carne, vino, etc., an ea lædere censeatur Immunitatem Ecclesiasticam, hic non incongrua est quæstio.

(63. Examinavit eam ex professo clar. mem. Card. Lanfredinus occasione talis Gabellæ, anno 1730, impositæ a Senatu civitatis Ulissiponen. auctoritate Regis; et affirmativam tenuit sententiam, idque quia licet Gabella non sit imposita Personis Ecclesiasticis, sed Laicis, onus tamen novæ illius Gabellæ afficit non minus Ecclesiasticos quam Laicos; et hoc quia res illæ, æque Ecclesiasticis ac Laicis sunt necessariae, et ab omnibus cariori pretio sunt emendæ propter impositum Gabellæ onus. Læsa autem dicitur Ecclesiastica libertas, etiamsi indirecte et tacite graventur Ecclesiastici, præsertim post B. Cœnæ, in qua Summus Pontifex excommunicationem fert in principes, qui Ecclesiasticis etiam indirecte Gabellas imponunt.

(64. Idque procedere ait, etiamsi Gabella, de qua disseritur, imposita sit ob communem utilitatem tam Laicorum, quam Ecclesiasticorum. Hæc enim communis utilitas justam præbere valet causam impetrandi a Summo Pontifice facultatem gravandi etiam Ecclesiasticos, nequaquam vero potis est sustinere Gabellam sola auctoritate Magistratus sæcularis impositam. Consule mox laudatum Auctorem *Respons. Ecclesiast.* 25 per tot.

(65. Cæterum si agatur de Gabella absque Apostolico Beneplacito imposita supra aliis rebus; licet ejus onus per accidens afficiat Ecclesiasticos, non dicitur lædere libertatem Ecclesiasticam, adeoque sustinetur; idem Auctor, ubi supra num. 11, ibi; « Atque hinc facile declinat auctoritas Molinæ quem specialiter laudat Theologus Lusitanus in tract. 2, disp. 663, n. 2, ubi agens de vectigali nuncupato *Alcavala*, quod Laicis impositum est, pro venditione rerum tam mobilium, quam immobilium, probat eam non repugnare Ecclesiasticæ immunitati per hoc, quod Clerici eas res ementes cariori pretio emere cogantur. Etenim observandum est, quod cum Rex Alphonsus XI, ad Mauros ex Hispaniis depellendos cogitaret de imperando tributo, quod a Nobilibus, non autem a plebe solvendum esset, Nobiles, ut suam a tributis exemptionem servarent illæsam, obtulerunt se soluturos trigesimam, aut vigesimam partem pretii rerum omnium, quæ venderentur, indeque ortum est vocabulum *Alcavala*, id est: *Alquovalu*; atque ita fieri cœpit sub anno 1341. » « Promptum itaque est intelligere, quod in origine impositionis hujus tributi non venit in mentem cogitatio, et desiderium gravandi Clericos, sed sincera et bona fide fuit duntaxat cogitatum de exigendo hoc tributo a Laicis, ex pretio ad eos perventuro, dum res suas venderent. Idcirco autem Molina inquit momenti non esse quod ratione talis oneris per accidens augeatur pretium, quo indiscriminatim res illæ emuntur sive a Laicis sive a Clericis, prout etiam contigit in portoriis,

sive Gabellis, quas mercatores solvunt pro transvectione mercium venalium, cum in his vectigalibus imponendis vero non alter habeatur respectus, quam ad ipsos mercatores, qui negotiationis causa merces aspor-

GEOMANTIA

Vide verb. SUPERSTITIO, num. 17

GRADUS AFFINITATIS, ET CONSANGUINITATIS.

Vide verb. AFFINITAS, art. 2, n. 14. Et verb. IMPEDIMENTA MATRIMONII, art. 1 a n. 32.

GRÆCI.

SUMMARIUM.

1. Græcæ Ecclesiæ ritus et consuetudines nequeunt immutari, inconsulta Sede Apost. — 2. 5. Græci Italiæ et Insularum adjacentium subjiuntur Episcopis Latinis, quorum in Diœcesibus degunt. — 6. 7. De Græcorum filiis baptizandis. — 8. 12. De Græcorum

(1. Græcæ Ecclesiæ laudabiles consuetudines, jejunia, ritusque immutari nequeunt inconsulta Sede Apostolica; Bened. XIV, tom. 1 Constit. 87, incip. *Demandatum*, § 3.

(2. Græci Italiæ et Insularum adjacentium subjiuntur Ordinariæ Jurisdictioni, visitationi et correctioni Episcoporum Latinorum, in quorum Diœcesibus manent; idem Constit. 57, incip. *Et si Pastoralis*, § 9. (3. Ita tamen ut iidem Episcopi Vicarium Græcorum retineant pro negotiis et causis Græcorum; idem *ibidem*. (4. Quemadmodum Metropolitanus pro causis Græcorum vigore Appellationis ad se delatis Judicem Græcum deputare debet; *ibidem*. (5. Si vero proprium Ordinarium Græcum habeant, ab Episcoporum Latinorum jurisdictione et visitatione exempti esse debent; idem *ibidem*.

(6. Græcorum filii quo ritu baptizari debeant, vide verb. *Baptismus*. (7. Infantes Græcorum ad ejus Parochi jurisdictionem pertinent, cujus ritu sunt baptizati; Laud. Pontifex incip. Const. 57, § 2.

(8. Græcorum Ordinationes in Italia duobus Episcopis delegantur; uni Romæ commoranti, et alteri in Calabria in Collegio Corsino; idem *ibidem*, § 7. (9. Exclusis schismaticis Episcopis, et etiam Latinis, quantumvis locorum Ordinariis; idem *ibidem*; (10. Prædicti tamen Episcopi ad Ordinationes Græcorum deputati, nullam habent ordinariam jurisdictionem: nec ordinare possunt aliquos absque dimissionis Ordinariorum, præter Alumnos Collegii Corsini; idem *ibidem*. (11. Tam ipsi quam alii quicumque Episcopi Græci Latinos ordinare prohibentur, sub pœna suspensionis; id. *ib.*

(12. Græci ordinati ritu Latino cum dispensatione Apostolica, promoveri possunt ad reliquos Ordines ritu Græco. Si vero ordinati fuerint ritu Latino absque dispensatione, coguntur remanere in ritu Latino, maxime si post susceptos Ordines latine vixerint; idem *ibidem*, § 7.

(13. Græcis Presbyteris, Diaconis et Subdiaconis permittitur retentio uxoris, quam autem Ordinem Sacrum duxerint unicam, et virginem. (14. Si vero bigami sint, ad Sacros Ordines promoveri non possunt. (15. Et si post Ordines susceptos Matrimonium

tant; ideoque per accidens fit: quod inde augeatur pretium, quodque etiam Clerici emptores earum mercium idem pretium solvant, quod Laici, prout eo exemplo utitur ipse Molina. »

Ordinationibus. — 13. 16. De Græcis Clericis conjugatis. — Græci Laici communicari possunt sub specie azymi in Ecclesia Latina, ubi desit Eccl. Latina. — 17. In Sacram. administratione libris a sede Apost. approbatis uti debent. — 18. De præcedentia Græcorum et Latinorum. — 19. 55. Et alia ad rem.

contrahant, separandi sunt, et ab Ordine deponendi; idem *ibidem*, § 7.

(16. Græci Laici communicari possunt sub specie azymi in Ecclesia Latina, ubi desit Ecclesia Græca. Nunquam vero Latini sub specie fermentati; idem *ibidem*, § 6. (17. Græci non aliis Libris Ecclesiasticis in Sacramentorum administratione, et Missis, Divinisque Officiis celebrandis uti possunt, nisi iis qui per Congregationem a S. Sede Apostolica emendationi librorum hujusmodi deputatam, correcti, typisque impressi fuerint; idem *ibidem*, § 9.

(18. Græcorum, et Latinorum præcedentiæ desumi debent a dignitate personali, ab Ordine, et antianitate; idem Constitut. 57, incip. *Et si Pastoralis*, § 9. (19. Græco-Melchitæ Latino ritu baptizati de præterito eligere possunt, quo ritu vivere velint. (20. In posterum vero sic baptizati, Græcum ritum sequi tenentur; idem Constitut. 87, incip. *Demandatum*, § 18.

(21. Græca lingua legitur Evangelium, et Epistola in Missa Pontificali Papæ. (22. Et id olim fiebat per Monachos Basilianos Cryptæ Ferratæ; donec ad Alumnos Collegii Græci munus istud translatum est; (23. idem tom. 2 Constitut. 33, incip. *Inter multa*. (24. Græci sine ullo proprii Ritus detrimento Latinorum Antistitum jurisdictioni subsunt; id. *ib.*

(25. Apud Græcos gradus octavus consanguinitatis, vel affinitatis respondet quarto gradui apud Latinos. Et in hujusmodi gradu Matrimonia prohibentur; idem cit. Constit. 57, incip. *Et si Pastoralis*, § 8.

(26. A Græcis in Sacris Ordinibus constitutis recitari debent horæ Canonice; idem *ib.*, § 7.

(27. Græci in Latinorum Episcoporum Diœcesibus commorantes impediri non debent, ne suis ritibus vivant; idem Constitut. incip. *Allatæ sunt*, § 13. (28. A Græcis, et Orientalibus ritibus non licet ad latinum transire absque dispensatione Apostolica; idem *ibidem*, § 21. (29. Græci, qui ritus suos ita sectantur, ut Latinos damnent tanquam improbos, sunt hoc ipso hæretici; idem *ibidem*, § 22. (30. Græci non sunt a Latinis

Ecclesiis arcendi, ubi præsertim propria carent Ecclesia; idem *ibidem*, § 41.

(31. Uxores ante ordinationem ad Ordines sacros acceptas jure retinent Græci Sacerdotes; idem Constitut. incip. *Allatæ sunt*, § 13 et 22. Vide supra num. 13 ad 15.

(32. Italo-Græcis duo constituti sunt Græci Episcopi, qui eosdem ad Ordines promoveant; idem Constit. incipien. *Allatæ sunt*, § 15. Constitutiones pro Italo-Græcis editæ Græcos Græcis Episcopis subjectos non afficiunt; idem *ibidem*, § 15 et 16. Nec ipsis Italo-Græcis licet sine dispensatione Apostolica

GRASSATOR, GRASSATIO.

SUMMARIUM.

1. Quis sit Grassator. — 2. Grassator non gaudet immunitate Ecclesiæ. — 3. 7. Quid requiratur ut privetur immunitate Ecclesiæ. — 8. Si, sex homicidiis commissis, Grassator assumpserit habitum Laici in Religione, annuente Sanctissimo, exuto habitu, con-

(1. Grassator viarum, quamvis a multis cum latrone confundatur, stricte tamen loquendo, unus differt ab alio. Nam Grassator dicitur ille, qui in itineribus frequentatis, aut stratis publicis prædæ causa homines violenter, absque tamen occisione, aggreditur. Ita desumitur ex Bulla Gregorii XIV, incip. *Cum alia*, § 3, ibi: « Viarum Grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur, » ubi, ut vides, nulla fit mentio de occisione. Latro autem publicus dicitur ille, qui violenter cum armis homines aggreditur, et spoliat eum occisione; Ameno, de *Pœnis* tit. 9, § 6, *Latrocinium* 3 et 4, Reiffenstuel, lib. 3 Decret., tit. 49, num. 34. Officialis Curie quoad *Immunitatem Eccl.* n. 4, et alii passim. Concordat et distinctionem inter Latrones et Grassatores facit l. *Capitalium* 28, § 10, ff. de *Pœnis*, ibi: « Grassatores, qui prædæ causa id faciunt, proximi latronibus habentur. »

(2. Tam Grassator viarum, quam publicus latro non gaudet immunitate Ecclesiastica: *cap. inter alia*, 6 de *Immunit. Eccles.*, Gregor. XIV Constit. incip. *Cum alias*, et novissime Bened. XIII Const. incip. *Ex quo*.

(3. Grassator viarum, ut careat immunitate Ecclesiastica, requiritur I. ut non una tantum, vel altera vice, sed sæpius grassetur, et homines aggrediatur. II. Ut auferendi causa id fiat. III. Ut in itineribus frequentatis, ac stratis publicis hoc agat. IV. Ut de hoc constet notorietate Juris, vel facti; Reiffenst. *loc. cit.*, num. 94, et alii passim, et sic sæpius decrevit Sac. Congregat. Immunit., ut patet in sequentibus decretis.

4. Grassatores non privantur Immunitate Ecclesiastica, nisi reiteratis vicibus delictum Grassationis commiserint; ead. Sac. Congregat. Immunit. in Beneventana 20 Novembr. 1640, lib. 3 Decret. Paul., pag. 133. (5. Imo de Jure requiritur trina Grassatio ad hoc, ut quis privetur Immunitate Eccles. ead. Sac. Congreg. Immunit. in Aprutina 14 Novembr. 1645, libr. 5 Decret. Paul., pag. 262.

ad latinum ritum transire; idem *ibidem*, § 21.

(33. Italo-Græci mentionem Romani Pontificis in Missa facere debent, idem Constitut. incip. *Ex quo primum*, § 17. Italo-Græci quoad commemorationem in Missa habendam, latinam disciplinam sequi tenentur. Ideoque nec Episcoporum, nec Patriarcharum Orientalium commemorationem facere debent in Sacrificio Missæ, *ibidem*, § 21. Italo-Græci Calendario novo uti debent: attamen quandoque ex peculiaribus circumstantiis iidem permissus est veteris Calendarii usus; idem dict. Constitut. *Allatæ sunt*, § 45.

ceditur justitiæ sæculari. — 9. Quando non probantur homicidia, extractus est restituendus. — 10. Gaudet immunitate, si delictum non est commissum in publica via. — 11. Quid decreverit S. Congreg. Immunit. — 12. In causa Grassationis datur Gubernatori facultas examinandi personas Ecclesiasticas. — 13. Constitutio Benedicti XIII circa prædicta.

(6. Et insuper requiritur plena, et concludens probatio quoad trinas Grassationes, ut quis privetur privilegio Immunitatis; eadem Sac. Congr. Immunit. in Lauden. 7 Novembr. 1651, lib. 4 Decret. Paul., pag. 163.

(7. Verumtamen justificatis pluribus Grassationibus in publicis viis commissis, extractus immunitate non gaudet, et consignandus est Curie sæculari; ead. Sac. Congr. Immunit. in Brugnaten. seu in Florentina 11 Martii 1681, lib. 2 Decr. Altov., pag. 2165.

(8. Grassator publicus, qui commiserat sex homicidia, et postea assumpserat habitum Laici in Religione, carceratus ab Episcopo ante professionem, annuente Sanctissimo, exuto habitu Regulari, conceditur justitiæ sæculari; eadem Sac. Congregat. Immunit. in Mediolanen. 16 Septembr. 1625, lib. script. vet., pag. 71.

(9. Quando vero legitime non probantur prætensæ Grassationes, extractus est restituendus; ead. Sac. Congreg. Immunit. in Cremonen. 2 Maii 1691, lib. Decr. Rocci, pag. 232, in Fesunala 11 Sept. 1685, lib. 3 Decr. Altov., pag. 485.

(10. Sic quando delictum non est commissum in publica via, gaudet reus Immunitate; eadem Sac. Cong. Immunit. in Albingauen. 22 Junii 1627, lib. 1 Decret. Paul., pag. 33.

(11. Mandatur Nuntio, ut constito quod Reus commiserit unicam Grassationem, reintegrata Ecclesia, annuat pro pœna extraordinaria, citra pœnam tamen sanguinis; ead. Sac. Congr. Immunit. in Neapolitana 2 Decembr. 1666, lib. 1 Decretal. Altov., p. 73.

(12. In Causa Grassationis annuente Sanctissimo datur Gubernatori facultas examinandi personas Ecclesiasticas, et Ministros Religionis Hierosolymitanæ, eosque cogendi in casu retinentiæ etiam per alium (modo sit Clericus) cum solita præsertatione, et procedendi contra easdem personas, dummodo denuntientur; eadem Sac. Congr.